De temptatione dei ab homine

Tēptare nō dꝫ homo deū

Se exponendo ad magna pericula cū deſperatis

Sepe perdendo tēporis curricula cum obobſtinatis

Temptare non debet homo deū exponendo ſe periculis ſicut deſperatus dicit. ſi non ꝑmiſit deus non nocebunt mihi. Jdeo abrahā ingrediens egiptū. prudenter tacuit zaram eſſe vxorem ſuam ne ſe ⁊ illā diſcrimini exponeret Geneſ xij. Simile fecit idem Abraham. Geneſis. xx. Et yſaac etiam fecit idem Geneſis. xxvj. Niſi enim ſic feciſſent deum quemadmodum temptaſſent. vt dicit auguſtinus. Quia ſemel ſeparatis filijs iſrahel iterum ſe periculis expoſuerunt temptantes deum ⁊ ducentes ſecum archā domini. vbi archa capta fuit. et ipſi debellati. primi Regum iiij. Sciebat dauid ſe regnaturꝫ poſt ſaulem. quia vnctus erat a ſamuele. nō tamen cōmittebat ſe diſcrimini. ſꝫ cuſtodiebat ſe vt debebat ⁊ melius poterat. ne incideret in manus ſaul. primi Regum xxvj. Cum piſcis inuaſiſſet thobiam non expectauit vt āgelus eum eriperet. ſed ipſemet ſe iuuit. ⁊ branciam piſcis arripiens tenuit piſcem. cum tamen angelus cito potuiſſet liberare eum. Thobie vj. Saluator temptatus vt ſe de pinnaculo templi precipitaret. reſpondit dyabolo. Non temptabis dominuꝫ deum tuum Mathei. iiij. ⁊ Luce. iiij. Paulus cum poſſꝫ expectare ⁊ miraculoſe euadere. voluit tamen p ſportā ſubmitti de muro Actuum. ix. Jtem cum tribunus vellet euꝫ facere torqueri dixit ſe eſſe romanum ciuem Actuum. xxij. Jtem cū haberꝫ iniquū iudicem ad ceſarem appellauit.

Actuū.viceſimoquintō.ca.

Tēptant deum obſtinati ⁊ peccatores ſicut populus iſrahel multotiēs temptauit deum in deſerto Nume.xiiij Oziam qui ſtatuerat populo terminum reprehendit iudith dicens qui eſtis vos q̄ temptatis dominum deum. Judith.viij. Judeis querētibus ſi licet tributum dare ceſari an non vt ihesum caperent in ſuo ſermone reprehendit ihesus dicēs.vt quid tēptatis hypocrite.oſ̄dite mihi nūmiſma cenſus.cognouerat enim nequiciam eorū. Mathe.viceſimoſecūdo ca. Cum eieciſſet demoniū ihesus ⁊ locutus ē mutus quidam temptantes eum querebant ſignum ab eo de celo Luc.vndecimo.Mathei.xij Dure increpans petrus dixit saphire vxori ananie. q̄d cōuenit vobis temptare ſpiritumſanctum. Actuum.v.

De tēptatione diaboli

Tēptationi diaboli non eſt credendū

Quia ſagaciter cum violētia ⁊ fraudulētia habꝫ offerre

Item non eſt credenduꝫ qꝛ mēdaciter habet verba proferre

Item non eſt obſequendū quia tenacit̄ cum violētia habet inferre. Sed reſiſtendum eſt pertinaciter ⁊ cum prudētia illa referre

Emptat diabolus ſagaciter ⁊ cuꝫ fraudulentia Nā in serpente callide genus humanū temptans incepit a parte debiliori ſcilicꝫ a muliere. Ge.iij. Item explorando a lōge incepit ⁊ non ex obrupto comedere pomū ſuaſit.Gene.iij.Item non temptauit mu